

A alios convivarum perbellandē compellans, nonnullos poculo- rum insuper invitatiunculis provocans, denique summos, me- dios, infimos civilium tractans. Et cum coelets tunc adhu- c esset, convivae epularum hilaritate principisque comitate pro- vecti, ad vota, & preces convertuntur, rogantes Principem, ut solitariam vitam, & proinde inamantem, conjugē accepta mitteret. Id quod breviat illo factum est: nam Luctetiam Principis Rhenani filiam duxit uxorem. *Dubrav. lib. 9.*

Impietate, Superstitione.

SALUS Tharfenis, crudeliter in Christiani nominis homi- nes laevus pro viribus suis, per totam Syriam, usque ad eō eni- xē, ut quancumq; admodum adolescens, ad lapidandum Ste- phanum Levitam cum ejus persecutoribus conveniret. Muta- tis postea moribus, mutato etiam nomine, ejus fidei, cujus fuerat acerrimus persecutor, dux atque praedicator extitit; & qui martyrum sanguinem sparsit, dum Christianam fidem im- pugnaret, suum postea, ut eam tueretur, effudit.

Quum Ungari tyrannidem Petri regis sui perossi, Andream & Leventam fratres, Divi Stephani nepotes, ex Russia, ubi exu- B tres Aneatores ab ipsis missi sunt, qui Andream & Leventam regum nomine, edictum pro vallo gravita praerenerent Un- garis quicumque est, antiquas majorum caeremonias resu- mitto, Scythicos deos recolito, Christianos peregrinosque ri- tus exigit, adversus Christianos arma sumito, Petrum ty- rannum interficito, Teutonem & Latinum quemque passim cadito, nova templa amolito, Pontifices ac Sacerdotes ubique truncato, qui contra sanctionem hanc dixerit feceritve, ca- pitalis esto ac hostis Ungaricae gentis, hand aliter, atque si Martis Herculisve aris, ac focus vim intulerit. Verum Andream, confirmato deinde regno, penitudine ductus, contrarium priori (quod summa necessitas ob Ungarorum feritatem ex- presserat) per univertum regnum promulgavit edictum: Quicumque Ungarus, Ungaricae incolae, peregrinusve fre- quentans, deposito pagano ritu, caeremoniisque Scythicis abrogatis, quas rex, qui usus ita postularat, paulo ante per- mitterat, ad veram Jesu Christi fidem evestigio non redierit, ac sacra legem a divo rege Stephano traditam non receperit, capitalis esto: vicus, oppidum, & civitas quaeque demo- C lita templa basilicaeque reficito: Pontifices, collegiaeque Sacer- dotum pristino more observato, & pareto: Christianorum ritus revocato: prophanas caeremonias falsoque deos exigit, eorum simulacra demolitor. Si quis magnis verisque numinibus, ac Sacerdotibus maledixerit, feceritve, Ex eum Homi- numque hostis esto. Si quis sacra legerit, lecta continuo restituito: quicumque sacro, vel quovis alio humano sanguine ma- nus fecerit, commissa picula exoptato. Ungarus demum quis- que cadibus, ac latrociniis, ac caetera denique vi & injuria ab- finero. Sanctionem igitur hanc quicumque contempserit, ad- versus se ivertit, capiti, ac rerum omnium reus esto. *Bonifinus lib. 2. Decadis 2.*

Heresi.

VALENTINIANUS II. Imp. Justinae matris instinctu Arianis favebat, & Ambrosium Episcopum Mediolanensem eo nomi- ne persequeretur. Arpoteaquam a Maximo tyranno Italiae Imperio exurus, a Theodosio Magno restitutus est, affiduis Theodosii praecipitis imbutus, Catholicam pietatem ita cole- re cepit, ut Ambrosium eodem loco atque honore, quo paren- tem, habuerit, ac mandata ejus diligenter exhauserit. *Sigon. Dilib. 6. Imp. Occid.*

Apostasia.

MARCELLINUS Pp. cum a ministris Maximiani supplicio in- tentato ad sacrificandum esset adductus, timore exanimatus thura adolevit: mox agniti erroris arci poenitentia tactus, re- medium opportunitum adhibuit. Etenim conventum Episco- porum in crypta Suesse in Campana habuit, atque ibi X. Kal. Sept. cinere conspersus, & cilicio obductus, effusus lacrymis flere delictum suum instituit, ac semetipsum ultrò damnavit. Ministri Maximiani ut cognoverunt, Marcellinum peracta poenitentia exoptatum, ardentius in Christi causa persistere, ipsum de integro corripuerunt, & palam sacrificare abnuenti, ac saevo Maximianum praesentem convitio laceranti, caput a cervicibus amputarunt, pariterque cum eo diaconos tres, Clau- dium, Quirinum, & Antonium peremerunt, atque eorum cor- pora proferunt, qua sine honore sepulcrum: per dies triginta iex jacere, donec a Marcello presbytero collecta, sepulchro sunt tradita. *Sigon. lib. 1. Imp. Occid.*

QUI INCONSTANTES FUERE.

Homo nanci, futilis, inconstans, levis, a Graco vai & xyl, qui momento affirmat, idemque negat. *Festus.*

POPULI, GENTES.

De mutatis moribus Megarensium Theognis in Gnomis sic conqueritur:

Κύρι' οὐ κέρδι' ἀγαθοί, οὐδ' οὐ κακοί' οἱ δ' κακοί' πόνῳ, Νῦν ἀγαθοί. τίς κεν ταῦτ' ἐπίχορτ' ἰσοῖον, Τὰς ἀγαθὰς δ' ἀμύρτιστος, κακίους δ' ἀρχίζων Τίμῳ, ἠνέθει δ' ἐκ κακοῦ δόλον ἀνῆρ. Ἄλλοιους δ' ἀπαρῆται ἐν ἀδύλατον γάμον, Οὐτ' ἀγαθῶν μίσηλον εἰδότες, ἢτα κακοῦ.

Cyrene, qui prius boni erant, nunc mali sunt, mali autem prius, nunc boni. Quis posset haec ferre? intuens bonos quidem contemptiores officia, pejores verò sortitos honorem? Uxorem ducit autem ex malo bonus vir: se invicem verò fallentes, se mutò dicitur, neque bonorum memoriam habentes, neque malorum.

De re quaptiam, que melioribus initiis cepta, paulatim ad deterius delabitur, ut pleaque mortalium facium, extorum adagium:

Τὰ κέρδι' ἀγίους παῖδας ἄλλων' ἐκτρέφει. id est, Aegina primus optimus pueros alit.

Ob Achillem, Patroclum, Ajaxem, Neoptolemum, quòd hi vir- tute praecluserint, cum essent Aegineta. Concinuit his Strabo lib. 8. offendens, ex hac insula profectum Aeam cum sua posteritate. Nam Stephanus insulae nomen inditum putat ab Aegina Aeci matris. Eandem aliquando nomen imperium tenuisse, quae ne cum Atheniensibus quidem in navali ad Sala- minem praelio de principatu certare dubitaverit, quum Persae Graeciam invaderent. Hujus meminit etiam Homerus. Est autem Cycladum nobilissima, quae diu dicta fuit Oenone, ut indicat idem Strabo & Stephanus. Ob laborum autem toleran- tiam & industriam frugalitatemque dicta fuit Aeginae Myrmidones; quum enim haberent terram superne lapido- sam, inferne frumentis idoneam, foderent in cavernis habita- re vili sunt fornicarum more, & apertandis lapidibus quod- dam modo ejus animantis industriam representarent. Deinde G labente morum integritate, male ceperunt audire Aegineta: id quod proverbis aliquot testatur est, quorum est illud Aeginetes neque tertii, neque quarti. *Erasm.*

Romanorum mores mutati, ex colluvie Italiae (quae alylo primùm a Romulo aperto ed confluit) scaturigo virtutum omnium, sic ex fœcibus spiritus vini generosus educitur, quando ille vult, qui porosi omnia. Nostra atq; inquit Cicer. lib. 3. de Rep. cum Kemp. sic picturam accepisset egregiam, sed evanescerent veritate, non modo eam coloribus iisdem, quibus fuerat, renovare neglexit; sed ne id quidem curavit, ut formam saltem ejus & extrema tanquam lineamenta servaret. Quid enim manet ex antiquis moribus, quibus Ennius dixit rem stare Romanam, quosita oblivio obsoletos videmus, ut non modo non colantur, sed etiam ignorentur? Nam de viris quid dicam? mores enim ipsi interierunt vitiorum pen- uria, cujus tanti mali non modo reddenda ratio nobis, sed etiam tanquam reis capitis quodammodo dicenda causa est. Nostri enim vitis, non calu aliquo, Kemp. verbo retinemus, re ipsa verò jam pridem amissimus. *Angust. lib. 2. de Civit. Dei. cap. 21.*

Britanni, Anglosaxonum rege Occa divinitus proflagato, successu elati, contemptis Saxonis armis, neglectisque suis popinis & ganeis se adeo addixerunt, ut turmatim biduum, nonnunquam triduum (teste Beda) potando epulandoque consumentes, ex strenuis in fordidissimos perierat vertentes ganones. Aegerimè infamem populi luxuriam Pontifices Britanniae, & qui caeteros erudiebant Sacerdotes, tulere, vati- cinati frequentius inter concionandum, si tanta peccis in gente non exterminaretur, fore ut Britanniae regnum toties extre- mo obiectum discrimini, totieque Dei benignitate in pristinum decus restitutum, tandem in ultimum delabatur exitium. Neque facies antistites fecellit opinio: Occa enim pau- cis post annis Britannos flagitios infames denuò bello adortus, XV. milibus caesis victor evasit. *H. Boeth. lib. 9.*

CAROLUS Magnus Imper. Hunnis victis praefectis & Sacer- dotes dedit, qui in ea gente Christianam fidem plantarent. Ergo partim Caroli pietate, partim auctoritate & armis re- pressis, ac Christi doctrina imbuti illi homines, in ipsa quoque communi vita miscere ceperunt, ita ut armis depolitis quicui

A quieti sese darent, pacem cum finitimis gentibus colerent, & mercimonia admitterent. *Bonif. lib. 10. Dec. 1. Cromer.*

FAMILIARUM MUTATI MORES.

In Carolo Simplicis praefata illa Caroli Magni soboles planè degeneravit apud Francos. *Aemil. lib. 3.*

PRINCIPES INCONSTANTES.

Vide supra, Mores mutati in melius, vel deterius.

PUERI INCONSTANTES.

Pueritiae proprietates Horatius in arte persequitur. Reddere qui voces jam fecit puer, & pede certo Signat humum, gestit paribus colludere, & iram Colligit, & ponit remere, & mutatur in horas.

APOPTHEGMATA.

CLEANTHES cuiquam reprehendenti Arceflaam, quòd officia vitae tolleret: Desine, inquit, hominem viuere. Nam ille, licet dictis tollat officia, tamen factis commendat. Id audiens Arceflaas: Non moveor, inquit, adulatione. Hic Cleanthes, Scilicet, inquit, adolor tibi: dicens te aliud loqui, aliud facere. Cleanthes mitigavit dictum obreccatoris, sed ita ut a crimine B inconstantiae non liberaret Arceflaam. Turpissimum enim est Philosopho, secus docere, quam vivere. Si vita proba est, cur docet diversa? Si doctrina sana est, cur eam secus vivendo re- fectit? *Laer. lib. 7. cap. 2.*

LEOTYCHIDAS a quodam, quasi minus constans esset, notatur Mutor, inquit, sed pro temporum ratione, non ut vos. Pruden- tis enim est, pro re nata mutare consilia: sine causa autem sub- inde alium fieri, inconstantiae vitium est. *Plut. in Lacon.*

METELLUS Diodoro, quo Rethorices magistro fuerat usus, defuncto, sepulchro ejus eorum lapideum imposuit: Justum inquit Cicero, propter merum retulit, nam volare ipsum docuit, non dicere, notans Metelli inconstantiam. *Idem in Apoph. Rom.*

INCONSTANTIAE POENA.

Vide Pena, Punio.

HIEROGLYPHICA.

JOANNES ille cognomento Scholasticus, admodum scite Scalarum anacephalose, hominem, qui modo risu indulget, modo lacu, modo austeritate atque temperantia se reddat, modo deliciis distuat, & voluptatibus implicetur, Cancro, aquiparavit, nunc ante, nunc retro, nunc in transversum gra- dienti, miraque vitam suam inconstantia traducunt: virque is sapientissimus, de ingenit ejusmodi profectione nihil sibi quicquam pollicetur, quòd ad ullam sit unquam frugem per- venturum. *Pier. Val. lib. 18.*

Aliqui Mathematici bispiritum inconstantiae hieroglyphi- cum poluere. Nam tertio supra vigesimum Leonis gradu bicu- pitis hominis simulacrum oriri confinxerit, quòd eo ascenden- te gradu natum, inconstans ac leviter mutabilis voluntatis at- que sententiae praesigunt. *Pier. Valer. lib. 32.*

Incontinentia.

Vide LXXVRIA.

Incubi. Incubones.

Nomina varia. Cause. Natura.

INCUBO, quem isopodis Graeci appellant, καπὸν δὲ λέονα, quòd quis se super hominem extendens, incubere, ac qua- si inaequitate illi videatur, dicitur. Quidam δὲ λέονα insul- torem demonem nominarunt, nocturnam suffocationem alii: nam pondere suo pressos gravat ac praefocat.

Pulchre videtur Homerus hujus phantasmatis depingere pe- ricula: Neptuni & Iphimedae filium brevis aevi, novem ta- men cubitorum in longitudine, & latitudine novem passuum, cum novem esset annorum. Hic diis in caelo minabatur, quòd & perfecisset, si ad etatem usque adolesceret; sed hunc Jovis filius Apollo interfecit. Ita est, si diu premat hoc malum, ene- cat, sed sol calidi nativi explendescens fugat hanc perniciem.

THEMISON, inquit Caelius Arelarianus, secundo epistoliarum libro, pignationa vocavit, fluidum praefocat agrotantes, &c., inquit, quidam veterum epibolen, hoc est insidiatorem vo- carunt, quòd hostilis parientibus peribear. Quòd ne- que Deus, neque semideus, neque cupido sit, Soranus expli- cavit.

Sane, qui incubone infestantur (sensu id ego, ait Joann. Henrnis lib. de morb. capitis) veluti ascendere ac insidete sen- L. B. T. heat. vit. Human. Tom. IV.

tunt suo pectori quidquam. Ego sane puto duplicem causam esse, unam naturalem, alteram daemone. Memini, dum puer essem, me cubare apud matronam quandam optimam, cum dormiret, ei super frangula vir niger mihi incubere videretur: ne querebatur, incubone fe infestatum fuisse; Ego, quamvis puer, nihil de nigro illo audebam indicare, quòd minuit, si quid protulisset, vilis fuisset.

Quare mulieres olim putabant se a Faunis opprimi, qui hac mali parte tentabantur, & daemone Faunorum faciem induens profitebatur se incubonem esse.

Exemplum habet S. Hieronymus in vita S. Pauli Eremitae, ubi Antonio peregrinanti scribit occurrisse hominem equo mil- tum, cui opinio Hippocentauri nomen indidit: post hunc alium homunculum grandem, aduncis naribus, fronte corni- bus aspera, cujus extrema pars in caprarum pedes defuit, qui fructus ei ad vitaticum quasi pacis obfides offerebat. Interro- gantique Antonio quisnam esset? ait: Mortalis ego sum, unus ex accolis Eremitae, quos vario delusa errore genulitas, Faunos, Satyroque, atque Incubos vocat, &c. Quomodo autem Daemones incubi valeant generare, dictum est In loco de Demone, Tit. Potentiae eorum ad generandum.

Item ex professo hujus rei historice adducuntur in loco de Libidine. Tit. Libido Demoniacae.

INCUBO NATURALES CAUSAS HABENS.

Alius verò Incubo ex causis naturalibus ortum ducit. De quo ita Macrobius, Est quoddam εὐραναία, hoc est, visum, cum inter vigiliam, & adultam quietem, in quadam prima formii nebula adhuc vigilare se existimans, qui dormire vix cepit, aspiceret videtur irruentes in se, vel passim vagantes formas, variaeque tempestates rerum, vel laetas vel turbulenta.

Est itaque Incubo, actio prava imaginatricis facultatis, qua aliquis noctu, cum in somnium ingreditur, se a grandi mole incubanteque phantasmate premi invadique putat, unde opp- ressionis metus, voce ac motu occisus, anxioque reddita respi- ratione, ex sinu cerebri contractu orta, eos incurritur baliti crasso.

De hujus porro Incubonis causis, circumstantiis, curatione, & adfectu, vide eruditum tractatum, Ioan. Henrnis, medici expertus, in lib. de morbis capitis.

Vide locum de Succubis.

Indicium. Indicare. Denuntiare.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

INDICIUM, proprie est delatio detectioque criminis five rei, facta ab eo qui illius est conscius, αχναβ Hebraeis, Mavoy Graecis. Et accipitur quoque pro signo, & argumento cujusque rei. Hic pro denuntiatione, & significatione usurpa- mus. Jurisconsulti verò ad Indicium solemnitatem requirunt & auctoritatem quandam: nos hoc loco eam non considera- mus. Igitur

INDICARE, DENUNTIARE QUID.

Arcana quaevis.

HERODES Judaeorum Rex a M. Antonio III. viro accersitus Laodicem, de objecto necis Aristobuli Summi Pontificis crimine causam diciturus, Josepho patruo regi curam com- missit, simulque clam mandavit, ut si quid sibi humanitas ac- cideret, consilium Mariamnem reginam interferret, ne quis pulchritudine illius poterit. Josephus creditum sibi regl- men administrans, & sepiissime Mariamnem conveniens partim propter negotia, partim honoris causa, dum crebra mentio sit conjugalis amoris, quo eam Herodes prosequere- tur: irritantibus hanc ejus asseverationem mulieribus, praefertim Alexandra, matre Mariamnes, ille nimio studio appro- bandi ejus affectum regis ed provocatus est, ut mandatum illud proderet, ratus id certissimum amoris argumentum, quòd ne- que sine ea vivere sustineret, neque vel morte ipsa ab ea dis- jungi. Quae Josephi verba mulieres non tam ut indubitatum Herodis amoris signum interpretatae sunt, quin exhorruerunt illius tyrannicum animum, si vel mortuus leviter in ea- rum capita. Caeterum Herodes placato muneribus Antonio revertus, cum inter complexus Mariamne mandati Josepho dati meminisset, rex id secretum consuetudine stupri Josephum prodidisse existimans, parum abfuit, quin uxorem oc- cideret.

A cident. Ipsi certe Josephum ne in conspectum quidem suum admittunt interficere iussit: Alexandrum vero socium in vincula coniecit. Joseph. lib. 1. cap. 4. Antia.

Vaticinia.

Uno atque eodem tempore Hieremias prophetabat in Hierusalem, & Ezechiel in Babilone, & illius propheta mirabatur ad captivos, & hujus ad eos qui habitabant in Hierusalem: ut unus in diversis regionibus Dei providentia probaretur, & intelligerent audientes, quacumque accidebant populo, non idolorum potestate, sed Domini iussione consistere. Hieron. lib. 7. comm. in Ezech. 12.

Thebauros.

Sub loco Opulentia, Thebauri acquisiti indicio.

Scelera.

Vide Titulos Accusationis.

Erat Principi cuidam, teste Poggio in Facetiis, filius lingua virulentus, & contumeliosus, ob quam multorum adversus se odia provocaverat. Eam ob causam pater illi perpetuum indicat silentium, addita gravissime poenae comminatione, si unquam ad loquendum eo relaxaret, parui ille. Accidit interea: ut solemni convivio Regis praesente Regina ambo intererent. Adolescens ad caetera industrius, cum ministraret ut mutus patri, Regina (ea impudica erat) vere mutum futurumque existimans, rogavit patrem, ut secum esse filium pareretur. Id cum impetrasset, adhibuit eum secretioribus rebus: ita ut impudicitia saepe testis esset. Simili iterum convivio pater post biennium adfuit. Rex interim sapius viderat adolescentem. Hic cum regina ministraret, petiit a patre Rex, capite an nativa filius mutus evasisset. Neutrum ille respondit, sed iussu suo, ob linguam maledicentiam. Rogavit Rex, ut licentiam permitteret loquendi. Cum diutius pater resistisset, dicens aliquid scandali securum, tandem Regis praeco loqui filium si vellet, iussit. Ille in primis ad regem conversus: Habes uxorem, inquit, eam, qua nulla meretrix impudencior aut improbior fuit. Confusus Rex, prohibuit amplius loqui.

Insidias.

Cum Bagathan, & Thares eunuchi conspirassent contra Artaxersem Persarum regem, Barnabaz alterius servus, genere Iudaeus, deprehensus insidias Mardochoo Iudaeo patrio reginae Esther indicavit. At Mardocheus per ipsam regi insidiatorem prodidit. Rex veritate per quaestiones inventa in crucem suffixis insidiatoribus, Mardocheum inter amicos suos necessarios recepit, ac postmodum regio vestina ad torques ornatum, & equo per urbem circumdaci iussit, hoc praeconio, quod sic honoraret, quem Rex honorare voluerit. Joseph. lib. 11. c. 6. Antia. Elib. 6.

CROESUM Halyatis F. Noverca pane medicato e medio tolere decreverat. Famula, cui id negotii datum fuerat, Croeso insidias detexit: ab eo persuasa, medicatos panes novercae liberet veluti per errorem apposuit. Iis extinctis Croesus tandem regno positus, statum mulierculae inter reliqua donaria Delphos misit, & pietatis illius, & suae gratitudinis monumentum. Plut. in lib. Cur Pythia verbis oracula nulla amplius edat.

EPHORUS narrat, Cyrum cum Laedemoniis clam olim simul composita, bellum fratri Artaxerxi inferre parasse. Huiusmodi Cyri consilia per certos amicos Alcibiadi exuli significata occulit. Quibus cognitis, Alcibiadem sese ad Pharnabazum satrapam contulisse, remque omnem, ut cognoverat explicasse; tum instanter ab eo postulare, ut sibi viae comites commearumque ad regem praebere vellet, cupere permaxime ut rex a septimo insidias illas acciperet. Pharnabazus grati indicii premium in se derivare studens, nuncios ad regem misit. Quibus admonitus, contra fratrem sese per otium paravit. Diad. lib. 14.

NEOPTOLEMUS, & PYRRUS aequo Impetio Molossis impetrabant. Neoptolemus conlortis impatiens, per Gelonem amicum insidias struxit Pyrrus: easque progredum habere ratus, in comestatione quadam apud forem Cadmiam effudit, neminem rursus verba excipere. Caeterum Pharnabazus, Samonis armentarii uxor, quae sola in conclavi aderat, jacens in lecto, & somnum simulans, posttridie Antigona uxori Pyrrhi omnia quae audisset detexit. Ea re ad Pyrrum delata, in sacrificio ad caenam Neoptolemem vocatum peremit. Plutarch. in Pyrrho.

Cum Sejanus amicorum Tiberii unus, praefectus praeto-

rianorum militum, conspirantibus multis senatoribus, & liberis Caesaris, & viris militaribus, extremum Tiberio confisset periculum: Antonia Drusi fratris uxor re cogita, totam ei periculis accuratissime: tradiditque literis Palanti servorum suorum fidissimo, misit eum Capreas ad Tiberium. Quibus ille cognitis, Sejanum occidit, & socios consili: Antonique iam ante habitate in praetio, maiorem etiam in posterum fidem habuit per omnia. Joseph. lib. 18. cap. 8. Antia.

CUMPER TUS Longobardum rex, Aldonem, & Crausonem fratres, quorum opus in regnum restitutum fuerat, & Crausonem habens, eos tollere de medio cogitavit, idque forte cum uno homine stratore suo communicavit. Casu autem accidit, ut cum illi de more ad regem venirent, ab ignoto homine iniqua de regis adversus se voluntate commonefacti sint. Quo cognito, ambo confesim incolunitatis gratiam ad aram se S. Romani martyris proximam receperunt. Quod ubi rex audivit, in eam opinionem venit, consilium ab eis suum esse preceptum. Itaque ira furens, stratorem, qui id enunciasset, arguere. Stratore vero se cum aliquo loquutum esse negante, atque id ipsum asidua apud illum praesentia confirmante, de Aldone, & Crausone, undenam voluntatem suam intumam perpessissent, iussit exquiri. Illis vero se a claudo quodam sorte obviam facto accepisse dicentibus, malignum eum fuisse spiritum credidit, atque eos venia data dignos, qui in amicitiam revertentur, putavit. Sigon. lib. 20. regni Ital.

SIGISMUNDUS Imper. Mariam uxorem, quod auream monent in Hungaria cudiasset, cum hac inscriptione: Maria regina Ungariae, acerbè reprehenderit. Ea occasione uti quidam, reginae animum ad conspirandum sollicitant. Illa assensum simulans, intempesta nocte secum cubantem aggressi viri: facinus interim conceptum regi aperit. Itaque ex composito ad illam rex ingreditur, sed post clam se tubdicit. Ipso nocturno conjurati irumpunt regis cubile. Regina profuso de simulat sopore stratum, Ubi olam vident: Haec, inquit unus ex his, proditrix consilia nostra nudavit: voluimus cum ferire. At alius: Noli, inquit, innoxiam perdere. Trepidè ergo defugientes, ante locum comprehensi penas dederunt. Crant. lib. 10. Saxonia, cap. 8.

FERDINANDUS DAVALIS Pifcarus, quem certiora de hostium Gallorum consiliis, qui Modestum receperant, cognoscere cuperet, Luponum Hispanum militem robustissimum, & velocissimum praemio proposito impulit, ut ad munitiones Gallorum excurteret, & aliquid ipsius ingenio, & solertia dignum referret. Luponus assumptum clopetario pedite, diluculo ad hostium munitiones ex profectus, per spectroscopium, femipolium vigilem corripuit, procerum sane Gallum, eumque sublatum clamore frustra reluctantem, ad Pifcarium humeris deportavit, ut cuncta sigillatim eo referentem prodicerent. Crant. lib. 10. Saxonia, lib. 22.

Hostium consilia.

Consule locum Stratagematum.

ACHIMAS SADO, & JONATHAN ABIATAR Pontificum filii, Davidem in exilium pulsum a filio Abalon, de omnibus illius conatibus certiores faciebant, rursu latentes, & per ancillam quadam de omnibus rebus, quae Hierosolymis agerentur, a suis patribus moniti. 4. Reg. 15. & 17.

OTHO Vicecomes, Archiepiscopus Mediolanensis, sextus iam à Turrianis, Mediolanensem tyrannum, cum Patruis, quos inter à Turrianis ejectos in patriam reducere nitebatur, victus: tandem Comensium, & Ricardi Languei Laumeli Comitum auxiliis adiutus, quam ad Caracam, nobilem olim urbem, de inferendo bello cum duabus deliberaret, ad Decimo vico, Sacerdos quidam pernici eorum devectus, ad eum pervenit. Erat enim Decimi praclarum Othonis nomen. Nam ab adolescentia sacris initiatus, summum in eo pago sacerdotium, à Pontifice Urbano IV. impetravit: unde postea, & in eadem maxima Mediolani, & in Divi Ambrosii templo canonice dignitates fuerat consecutus. Is Sacerdos Othoni nunciavit, Mediolanensem copias, ipsoque Turrianos principes, sub occupatione Solis Decimum pervenisse, cuncta ibi militaria strepitum compleri, atque acerbis quam sociorum more milites hostium, pullatis hominibus, epectisque jumentis occupare. Proinde Turrianos ea nocte poste deleri, si improvisis conspecto per noctem itinere dispersos atque sopitos adiret. Hoc nuncio maxime letatus Otho, Dii, inquit, qui à Decimo dignitatis initia praebuerunt, non inani poudubio loci omnino, promissis nobis de hostibus victoriam dabunt. Quam & sequenti die 12. nunti-

A nimirum Kalendas Febr. anno Christi 1227, una cum Imperio, delectis hostibus, consequtus est. Iovius in vita Orthonis Viti recemissit.

Adventum.

Legati Romam undecumque missi, concedebant olim ad templum Saturni, ubi à praefectis aetario in acta eorum nominata referbantur: non tamen quia peregrinus Saturnus fuerit, atque idcirco accepti ei sint exteri, quam quod olim munera, quae dicebantur lauria, legatis quatuor de publico. Post curam habebant, & defunctos fumerant de publico. Post vero ob adventum frequentiam legatorum hic sumptus expiravit. Manfuit tamen hoc, ut praefectus aetarii primo loco per professionem conveniant. Plut. in quast. Rom.

QUOMODO.

Vocativa.

Ists, Ofridis mariti corpus à Typhone casti quarens, hinc inde errabunda praeteribat neminem, quem non affretur, ipsos etiam paucos, illi indicantur ostium, per quod vas Typhonis amicitiam mare egressisset. Hinc divinandi vim pueris fuisse Aegypti existimant, & deinceps ex horum vocibus in delubris indentium, & quod in buccam venerit effluentium, omnia captare consueverunt. Plut. de Iside.

Cum olim ad investigandam Helenam à Theseo raptam Tyndaride cum magnis copiis oram Atticam invasisset, & populus de seclibus suis eiecerent, ignari, quoniam loci subducta Helena esset, tunc Deicles (sic tribus quaedam apud Athenenses vocatur) ferunt, & ut quidam volunt, ipse Deceleus, tum dolore damni, tum metu foret, tum metu totius Atheniensium foie, ne vastaretur, expulsi illis omnem rem gessit, eosque deduxit ad Aphidnas, quas Titacus indigena Tyndaridis proderet. Quo ex pacto Decelesibus permansit ad hanc usque memoriam in Sparta immunitas vectigalium, & dignitas praesidendi. Herod. lib. 8.

ACADEMUS fuit is, qui Tyndaridis indicavit Helenam à Theseo raptam Aphidnas occultari, quoque honos illi, & vi-vo a Castore, & Polluce habitus est, & in morte à posteris Lacedaemoniis: nam quoties populabundi in Atticum agrum sunt ingressi, semper ab Academia abstinerunt. Lud. Viv. in lib. 8. Angli. de Cris. Dei, cap. 12.

Moris fuit antiqui, ut cum suis visum esset effluxisse verborum, oratores ad ultimum dicerent, Dixi, velat necessitatem sibi imponentes tenenda orationis. Ab utraque itidem parte oratione consumpta, Praetor dimittendi consilii ergo pronuntiabat, Dixit. Aconius.

VINDICTUS servus Vitellorum, five Aquilorum, conjurationem Tarquiniorum, & filiorum Brutii detexit, donatusque propterea libertate ex sententia Valerii Poplicole fuit, ex quo postea manumissioni Vindictae nomen mansit. Plut. & Livius.

GEORGIUS Pogiebrachus Boemiae rex, certior per Michaelem Vilagium Corvinum avunculum factus, Mathiam Corvinum apud se captivum, Ungariae regem esse declaratum: seque rogari, ut ad regni fines regem, redemptionis praeco perlato, adducat: accubantem sub se in uno loco Mathiam, continuo superius accendere, si forte praesideret iussit. At ille rei insolentiam admiratus, ne subditi gratia novitas illa fieret, extimescens: percontatus, cur id ita praepositor fieret? caenare dinterim iussit esse, exacta caena, saltum ac felix nuncium exauditus. Subtrixit adolescentem, & sepe plenus caenae non poterat. Post caenam, rex: Quid mihi Mathia (inquit) reolveris, si summam inaudiant quo tibi laetitiam nunciato: nonne cumulatissima pro tanto gaudio mihi praemia referes, & quod à te postularo, ultro concedes? At ille: Nihil mihi, rex, libertate letentia sacris initiatus, summum in eo pago sacerdotium, à Pontifice Urbano IV. impetravit: unde postea, & in eadem maxima Mediolani, & in Divi Ambrosii templo canonice dignitates fuerat consecutus. Is Sacerdos Othoni nunciavit, Mediolanensem copias, ipsoque Turrianos principes, sub occupatione Solis Decimum pervenisse, cuncta ibi militaria strepitum compleri, atque acerbis quam sociorum more milites hostium, pullatis hominibus, epectisque jumentis occupare. Proinde Turrianos ea nocte poste deleri, si improvisis conspecto per noctem itinere dispersos atque sopitos adiret. Hoc nuncio maxime letatus Otho, Dii, inquit, qui à Decimo dignitatis initia praebuerunt, non inani poudubio loci omnino, promissis nobis de hostibus victoriam dabunt. Quam & sequenti die 12. nunti-

Literis. Epistola.

Archaje tyranno Thebanorum in symposio Epistola oblata. B. Theat. Vita Human. Tom. IV.

ta de conjuratione. Quam cum ille tanquam rem feriam in Ecraftinum differri iussisset, ea nocte casus est. Plut. de Socratis demonio.

DIONYSIUM tyrannum in Italica expeditione abentem movebat per Epistolam Democrates de Dionis irruptione. Quam cum lupi improbitate nuncius amississet, regno Siciliae excidit. Diodor.

C. JUI, Caesari libellus conjurationis Cassianae index oblatus fuit in Senatum eunti, quem ille in sinum abdidit, & paulo post à conjuratis casus est. Suetonius.

Augustum fontium quaestioni diutius assidentem, per codicillum monuit Meeenas: Exurge tandem carnifex. Idem.

Inscriptione.

Spado quidam effraeminatus, quem ostio domus inscriptisflet dicitur kaxos einto: Diogenes, At herus, inquit, domus qua tandem ingredietur: Erasmus in Adag.

E' d'upa kaxos, id est, In ostio formosus. De iis qui admanur, vulgoque gratiosi habentur. Sumptum à Veterum consuetudine, qui formosorum aut amaforum nomina, arboribus, foliis, ac parietibus inscribebant, & d'upa kaxos. Ad id alludit Aristophanes in Velpis, & Achatenibus. Erasmus.

Notis.

CAMBYSES Persarum rex, cum in somnis vocem audisset, Smerdem fratrem solio sedere regio, Prexaspem ad eum interrimendum misit: Non multo post duos catulos, alterum leonis, alterum canis committit, & cum à leunculo catulus superaret, alter catulus, hujus canis frater, abrupto loro supervenit atque cum duo essent, ita superiores leunculo exiteret. Cambyse hinc voluptatem capiente, soror eademque uxor ei affidens illacrymavit. Causam rege quarens, respondit, se viso catulo suppetas fratri ferente, idem fere, quod subierit memoria Smerdis, cuius sciret neminem fore ultorem. Er ob hoc dictum à Cambyse interemptam memorant. Aegyptii vero ob id, quod cum ad menfam dicumbere, mulier lactucam sumperit iisque deceptis foliis, Cambysem interrogari, Utrum discepta lactuca, an densa pulchrior foret? ique respondit densa, hanc subinmisit. Et tu lactucam aliquando imitatus es, qui Cyri domum denudasti. Ibi Cambysem indignatione percitum, insulisse calcibus in praegnantem, canque abortu edno decessisse. Herod. lib. 3. & Iulianus.

HERACLITUS flagrantibus ab eo civibus, ut sententiam aliquam de concordia diceret: concensio suggestu, poculoque frigida sumpto, atque aperfo fatinae aliquantulo, cum id pullegio agitalter potasset, dicebat: significans eis, contentum vulgaribus esse, neque sumptuosa quarens; hoc ipso civitates in pace, & concordia retineri. Plut. de Garulitate.

ANACHARSIS invitatus apud Solonem cum accubisset, laevam virilibus, ori dexteram tenuit adnotam. Quippe freno cenabat firmiore opus habere linguam. Idem.

Cum Aristoteles anno aetatis 62. desperatè decumberet, discipuli de successore solliciti erant. Erant tunc in schola ejus praeter multos alios duo eximii, Theophrastus Lesbius, & Mendemus Rhodius. Aristoteles igitur ut discipulorum petitioni satisfaceret, vinum quæri iussit, vel Rhodium aliquod, vel Lesbium, utrumque eo dixit, quod sese magis jussisset. Eum inveniunt, afferunt. Tum Aristoteles Rhodium degustans: Firmum, inquit, hercle vinum & jucundum. Mox Lesbium similiter degustans: Utrumque, inquit, fapidum bonum: sed id ubi dixit, nemini fuit dubium, quin lepidè simul & verecundè successorem illa voce sibi, non vinum delegisset. Gellius lib. 13. c. 5. & Laert. lib. 5. c. 1.

Romani olim in capitis iudicio, per 8 seu 9 in urnam coniectas literas, signum mortis, & capitis supplicio afficiendum notabant (quam Livius Trifidorem notam vocat) per τ & α abolvebant: per N & L. proferebant causam, quum non sibi liquere de causa significarent, quae ampliationis tabella dicta est. Aconius. M. Tullius pro Milone, salutarem in iudicando literam, & tristem vocat, quod hac abolveretur reus, illa damnaretur. Erasmus. Z. quoque in sortibus inauspicata fuit & mali eventus. Nonnulli in nomenclatura militum per τ superflites, per β defunctos in acie tribunos annotare prodiderunt. Alii calculo cretae, absolutionis: carbone vero, condemnationis symbolum indicantur: tamen iudices Romae per tabellas plerumque ferre iudicia invenimus, quae semel definita revocare non licebat. Apud Graecos alba faba in sortibus auspiciata fuit, & boni eventus: nigra vero, mali. Alex. lib. 3. c. 5. G g 2 S. 11.

A S. Ileram habere silentii notam constat. Vide litera S. Apud Romanos mos erat militaris, ut si qua civitas vi sub-

ACTO, hostili in curia diripienda foret, à Duce exercitus edito in loco hasta poneretur; qua significatione illam non deditione, & pacto, sed tanquam vi captam diripi liceret, & in bona & personam grassari designabatur, quæ hasta cruenta fuit nuncupata. Nam captas, non deditas urbes, diripi veteres voluerunt. Alex. ab Alex. lib. 3. c. 16.

JUSTINIANO MAGNO Imp. dolore capitis fatigato, cum in publicum non exiret, rumor in urbe dispersus est, ipsum morbo esse consumptum. Itaque tumultu suborto, tabernæ direptæ sunt, neque hora tercia venalis panis inveniebatur. Propterea res esset longius, nisi hora nona Præfectus urbis luminaria per totam urbem accendi iussisset, atque eo signo Imperatorem valere significasset. Quo conspecto, omnis repente tumultus elanguit. Sigon. lib. 20. Imp. Occid.

B Hoc est, Pulli inquit exultas præ fatiuritate, ventre, & bucca plena. Plut. in quest. Rom.

QUIBUS.

Uxor.

ULADISLAUS II. Polonia Rex uxorem habebat, quæ Dobeslum quemdam equitem deperibat, coque familiaris quam par erat, utebatur. Accidit autem, quod in venatione hui cubans Rex cuidam Petro Dano, de uxore etiam suspectæ pudicitia, quidquam per jocum diceret. Ille in regem uxoris suæ cum Dobeslo familiaritatem retorquet. Quod cum Regina paulo post narrasset, illa velut furis agitata, Petro oculos effodit, linguamque præcidi iussit. Ex Cræmoro lib. 6.

Indictio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

INDICTIO nomen sortiri videtur ab Indictione Ludorum Pa-negyricorum, aut largitione inter Principes usitata in Quinquennialibus, Encensibus, aut aliis dum remittebantur tributa, aut carcerum custodia relaxabantur. De his quædam tradit Eusebius, scribens de Quinquennialibus Constantiniani, & Vicennialibus Diocletiani.

Hinc Græcis Indictio ἀνγκυρασις appellatur, quæ vox significare potest largitionem, in edictione spectaculi soliam fieri. Atqui hinc jam fieri potuit, ut ex horum ludorum editione peteretur ratio putandi tempora, verbi gratia, intervallum inter Quinquennialia, & Vicennialia distincta largitionibus ac ludis (quod intervallum est 15. annorum) deputaretur temporibus, & annis designandis. Nec cerè inutile est hoc inventum, aut ineptum ad illum finem. Solum debuerant Imperatores tunc notasse, non folium Indictionis currentis annum, sed etiam quæta esset excurrentis Indictio, ut mos erat in Olympiade numeranda. Cum enim dicitur communiter Indictione 5. Indictione 6. solum notatur esse quintum, vel sextum annum currentis Indictionis, nec inde constat, quæta sit ipsa quinquennialis Indictio. Cæterum Imperatoris Indictiones sunt, ut dicam, distinctæ à Pontificis, atque hæc de nomine.

ORIGO.

Quoad seculum quo instituta Indictiones, variant Scriptores: qui enim omnia Epocha, aut largitiones solemnes Imperatorum habent pro Indictione, existimant diu ante Imper. Constantinum fuisse usitatas. Verum certum videtur, veras Indictiones, quales nunc tractamus, non cepisse nisi ab illo, Omphrius arbitrat, primam Indictionem sub Constantino inchoatam eo die, quo Maxentium vicit, 8. Kal. Octobr. idem sequitur Mercator, anno Christi 511. in cuius, inquit, victorie memoriam, proxima Nicena Synodo, sequente anno 20. Constantini constituta sunt Indictiones. Er primum certum initium, ad huius victorie diem, octavo Kal. Octobr. Statutum hoc refutavit Baronius, quod nullo auctore probetur: refutavit & Scaliger lib. 5. de emendatione, quod Omphrius male conjiciat initium Indictionum istarum in annum Christi

313. cum contigerit Constantino, & Licinio secundum E. Coss.

Altera de hoc initio sententia est ipsius Scaligeri. Jam quidem ille dixit Indictiones alias fuisse in usu, ante hæc tempora: tamen illas Constantinianas fuisse inditutas anno Christi 312. Propendit & alii in eundem annum, ut Baronius, & recentiores alii non pauci: quæ cerè recipienda videtur, & præsertim quia in Græcis Fastis, & Siculis id expressè titulum habetur, scilicet inchoatas Constantino, & Licinio, secundum Coss. Hi autem Consules notantur ad annum Christi 312.

Adde, apud externos principes non exstare memoriam veterum Indictionum ante hoc tempus, apud Ecclesiasticos vero, prima eorum mentio fit in Concilio Romano sub Julio, qui brevi post Sylvestrum successit Marco, & apud Ambrosium Epistola ad Episcopos Emiliæ.

Verum adhuc controversia est inter huius opinionis auctores, de ritè componenda hæc Indictionum origine cum reliquis Constantinianis, Scaliger notat, Constantinum cepisse imperare anno Christi 308. vel ut postea ad Eusebium correxit, anno 307. Et tamen Quinquennialia Constantiniani celebrata anno Christi 312. quod scilicet instituta sunt Indictiones, anno vero Constantini 28. vel 27. & Christi anno 327. celebrata oportet esse Vicennialia. Displicet aliis hæc ratio temporis, quare Baronius reject Quinquennialia ad Christi annum 310. & Vicennialia ad annum 325. qui fuit annus Concilii Niceni receptus, & Constantini vigesimus, ex hoc principio, quod Constantinus cepit imperare anni Christi 306. tamen Eusebius in Chronico his ait celebrata Vicennialia, primum Nicomedia, & sequenti anno Romæ. Existimo ego rectè quidem designari exordio Constantiniani annum Christi 306. cepit enim imperare anno primo Olympiadi 271. ubi sunt anni 1081. qui additi ad annum Mundi 3226. post quem cepit prima Olympias, efficiunt annum 3207. qui est Christi annus 306. detrahendus enim est septimus ille annus, quia Christus natus est completo serè anno 4001. Ex quibus jam apparet, celebrata Quinquennialia Constantiniani anno Christi 311. & sic tantum sequenti anno cepisse numerari Indictiones: qui sequens annus est primus primæ Indictionis, & Christi annus 312. quod quadrat cum citatis factis Græcis. Atque hinc jam sequitur, Vicennialia fuisse quidem in prociecta, anno Concilii Niceni, qui est Christi 325. sed peracta tantum anno sequenti, scilicet 326. saltem Romæ, si admittenda est illa Eusebii distinctio, quam citavi ex Chronico: & hoc ipsum satis indicat idem Eusebius in vita Constant. lib. 3. cap. 4. & 5. cum dicit, in ea Vicennialium celebrata, completum fuisse vigesimum annum Constantiniani. Et rursus lib. 4. cap. 40. Perè, inquit, vigesimo anno, hoc est circiter, creatus est Cæsar Constantinus filius, creatum autem dicit in ea celebrata.

OCCASIO, ET CAUSA.

Causam originis, & institutionis huius, quilibet quam aptiorem ex multis judicet, asserere poterit. Parum istud referat scire, cum inventum hoc ex hominum placito nascatur, & ex variis occasionibus potuerit quis principi suggerere, ut talem hanc novamque institueret rationem putandi tempora. Illa Scaligeri de Quinquennio Largitionum, si quadraret cum Imperatorum rebus gestis, posset admitti, à tempore, inquam, Constantini: nam quas ille antea excogitatas dederat Indictiones, jam rejecturus. Sed nihil est necesse de re tam incerta amplius divinare.

QUANDO DESIERINT.

Cepisse Indictiones desinente Olympiadum computatione sub Constantino, satis pro comperto est: non ita quando desierint, & ab Imperatorum scriptis rejectæ fuerint. Certe Pontificie Indictiones adhuc in magno usu sunt: quamvis ne ille quidem quanta fit Indictio designent, sed folium quis fit annus currentis Indictionis.

EARUM INVENTIO.

Currentis anni Indictio ita reperitur. Ab annis Christi quibuscumque datus, aufer anni 12. (quando dixi inchoatas Indictiones) deinde ad residuo tolle 15. quoties poteris, numerus remanens erit annus Indictionis currentis. Verbi gratia ab anno currente 1612. aufer 312. restant 1300. Inde vero quoties Pontificia, numeranda à Januario; vel sic: Datis quibuscumque annis Domini, adijce illis 3. & totum numerum illic resultantem, divide per 15. Numerus ex divisione restans

A tans rebus, erit Indictio quaerita: aut cerè si nihil superfit, signum erit, Indictionem quaesitam esse 15.

Indignatio. NEMESIS.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

INDIGNATIO est affectus, sive ægritudo animi, ob eventum aut rem quampiam, quæ præter opinionem, honestatem, aut congruentiam accidit. Habet adjectam ordinariè iram adversus illos qui causam subministrant, cur indignemur, quamvis ab ea differat, quòd ira fit vindictæ cupiditas: Indignatio vero dolor aliquis ex malorum, & indignorum eventu inexpectato.

Veteres deam Nemesin fingebant, quæ improbos, & nefarios homines ulcisceretur, & puniret. Ad præseus Homerus vocat, non Adasfor (quo ante T hebas solo servato, deorum ira ante eamdem T hebas solus Amphiaræus Adrafi nepos terra absorptus fuit, cum Diomedes, & reliqui duces domum incolomes reverterentur) sed Sem rē yudiv airtū dōdipāseuv. Nemo enim divinam ultionem serius, aut citius effugerit. Nemesi itaque ad præseus nihil aliud est, quam justitia divina, cui proportionem respondet Iustitia humana dōdipāseuv. Sed utraque ab Affectu, de quo nunc agimus, differt. Nemesi enim ut virtus est, hoc affectu tanquam organo utitur ad puniendā hominum scelera. & iniquè ferens indignis bona quæ non merentur, consequi, inæqualitatem hanc suspicium æquare conatur. Indignatio vero, ob inæqualitatem hanc vehementer commoveatur. Exemplum pete ex Tit. Honores vindicare creptus, in loco de Honore.

INDIGNATIO.

OB BONA, QUÆ MERENTIBUS

non tribuuntur.

Consule locum Ambrosii, honorem non sibi, sed aliis tribui indignè ferentis.

In Dymæorum (qui Achæi sunt) finibus Oebote curio- rum monumentum extat, qui cum primus ex Achæis Olympice coronam meruisset, neque ullum apud civis suos eo nomine præcipuum honorem esset adeptus, imprecatum Achæis ajunt ne quis ipsorum unquam palmam Olympicam ferret. Achæi mirantes le Olympiamque palmarum composites nunquam amplius fieri, Delphos ad oraculum miserunt. Et tunc quidem cum & alia in Oebote honorem instituerent, virique statuum in Olympiam misissent, mox Solstratus Pellæneus in studio pueros vicit. Et hæc etiamnum ætate Achæis athletis solemne, ut priusquam in certamine descendant, Oebote parentent, ejulque itaque victores coronam imponunt. Pausanias in Achæis.

DIONYSIUS Sicilia tyrannus, quondam missis ad Rheginos legatis, concedi sibi postulaverat, ut ex magnatum virginibus uxorem sibi duceret. At Rhegini publicum legatis responsum dederunt, non permitturos se nisi plebejalicjus filiam ducere. Quam contumeliam graviter ferens, de ulciscendo sedulo cogitavit, & quamvis cum eis pacem composuisset, tamen praxtenu non subministravit comætuus, per xi. menses oblectos, fame tandem subegit. Dioid. lib. 4.

Ad Tarquinium Superbum regem Rom. Anus ignota facie, novem habens libros venit, rogavitque, an mercari eos vellet, divina in his oracula esse dicitans. Verum nimis amplam pretium depocere visa, tanquam ætate desipiens, a rege denisā est. Tum illa tres in proximum ignem conjecit libros. Rursus inde regem percontatur, an sex reliquos eodem vellet pretio emere. Hic Tarquinio adhuc magis ridente, tres alios pari ratione consumpsit. Postremò quum ad reliquos emendos nihil minore summa invitaret, hortaturque regem, ne tantam è manibus emitteret occasionem, demiratus ille mulierculæ constantiam, auribus adhibitis, libros mercatus est. Sabel. lib. 6. Em. 2.

Q. CÆC. METELLUS cum Jugurtham multis atrium præliis serè ad deditionem compulisset, ubi amicorum literis factus est certior, Numidium provinciam C. Mario consuli prebescito datam (nam de ejus consilato jam antea audiverat) ne lacrymis quidem, vir aliquo egregius, temperasse dicitur. Multi id factum in superbia veteabant: alii bonum ingenium contumelia permoctum arbitrat: quidam cum non tam sua injuria, quam Marti honore ita affectum crediderunt. Nec Metellus jam inde bellum eo studio quo antè gessit, solum ratus alienam rem suo periculo curare. Sabel. lib. 2. Em. 6.

CABADES rex Persarum, anno regni sui xi. primùm cum L. B. T. bearr. vite Hamon. Tom. IV.

Romanis pacem fecit. Deinde verò cum ab Anastasio Imper. E pecuniam mutuo accipere vellet, & Anastasius cautionis iyn-grapham postularer, eam ob causam pacis fecerit ruper, & Romanis bellum intulit, atque in Armeniam, & Mesopotamiam irruens, latè populatus est omnia.

OB BONA QUÆ IMMERENTIBUS

tribuuntur.

Mercenarii, qui toto die in vinea opus fecerant, iniquè tulerunt, eos qui hora sexta, & nona demum in vineam venerant, æqualem mercedem recipere. Matth. 20.

Frater prodigi illius Luc. 15. ex agro revertens, indignabatur, quòd pater tanto gaudio, & plausu filium perditum recepisset, vitulum macerasset, amicos ad convivium vocasset, cum sua causa, qui patri in omnibus semper morigerus fuisset, nunquam ne hædum quidem amicis epulandum propoluisset.

AJAX Telamonius arma Achillis interfecti data in præmium Ulyssii indignatus, se interemit.

PARRASIVS Ephesus pictor ob artis gloriam supra modum superbus, Sami victus à Timanthe in Ajace armorumque judicio, herois nomine, se moleste ferre dicebat, quòd iterum ab indigno victus esset. Plin. lib. 36. cap. 10.

THEOGNIS in suis Gnomis felicitati improborum invidiens proborum miseriam condolens, ad Jovem sic fatatur:

Πῶς ἴσθ' ἔκρηθ' ἀναρὰ νῆος ἀδύνα δαίμων
Ἐν ταύτῃ μίση, τὴν τὸ δίκαιον ἔχου,
Ἡ' τ' ἐπὶ σωροσουλῶν κρηθῆν νῆος, ἡ τ' ἀπὸς ἔθου
Ἀνδραπῶν δάκρυα ἔρυσαν τρεῖς ὄρνιθες,
Οὐδέ τι κρηθῆσθαι ἀπὸς δαίμονος τὰ βροτῶν,
Οὐδ' ἴδδ'ε, ἡ τ' ἰὸν δαδραπέτην ἔδου.
Ἐμπὶ δ' ἄλλων ἔχουσι ἀνηγοῖα τὸ ἴσθ' ἀδύνα
Ἐρῶν ἕρποντα θυμῶν ἕρας πένθος.

Quomodo, o fili Saturni, viros injustos eodem quo justos loco habes? Sive probitate delectetur mens, sive scelere hominum injustis operibus incumbendum, nihil quicquam discre- tum à numine est mortalibus, neque via, quam ingressus quis immortalibus placeat. Improbi enim opes possident tranquille probi verò egelitate premuntur.

AGIS ARGIVUS, cum rex Alexander donaret quandam ridiculum hominem, & scurrant ingentibus muneribus: Orem absurdam, exclamavit Irratulus rex conversus ad eum: Quid ais? inquit. Tum ille respondit: Animo angor, quòd omnes vos Jove natos, adulatoribus, ridiculiculis hominibus, & nefariis gaudere inspiciam. Brufon. lib. 3. cap. 7.

M. CATO victoriam Cæsaris ægrè ferens, quòd Pompejani causa meliores victoria cecidissent, Utica seipsum occidit. Itaque Cæsar ejus morte audita, & illum suæ glorie, & se illius invidere dixit: Scriptis etiam in eum librum, quem Anticato- nem inscripsit, ubi Catois vitia commemorat. Cujus apolo- giam Cicero postea edidit. Plut.

M. VARRONIS apud Cornutum de Licino liberto distichon extat tale:

Marmoreo Licinus tumulo jacet, at Cato nullo,
Pompejus parvo, credimus esse Dnos?

OB MALA QUÆ MERENTIBUS

non tribuuntur.

CICERO Vatinius hominem inimicum, & improbum, eum allatum esse decepsisse, ubi mox vivere illum cognovit: Male preat, inquit, qui malè mentis est. Plut. in Apophth.

OB MALA QUÆ IMMERENTIBUS

tribuuntur.

Latro qui à dextris pendebat, est propter sua facinora crucifixus jam animam ageret, tamen indignatione motus, Christo tam indignè, & superè à Judæis illud, alterum latronem verbis castigare cepit, & Christi innocentiam palam fassus est. Eapropter à Domino salutare illud verbum accepit: Hodie mecum eris in paradiso. Matth. 27. Marc. 15. Luc. 23. Joan. 19.

Cum Alexandrum Magnum in Cilicia gravis detinisset morbus, medicique cæteri omnes de ejus salute desperarent: Philippus Acarnan spem salvis quidem in præcipiti esse vi- dens, aggressus est regi remedium offerre, adhortaturque eum ut admitteret id & hauriret, si valendum vellet recipere. Inter hæc à Parmenone rex accepit litteras, quibus ei denunciatur, ne salutem suam committat Philippo; magnis enim eum à Dario corruptum esse muneribus, ad interficiendum Alexandrum. Quas litteras ubi Philippo legendas dedisset Alexander, Philippus indignari quidem ob calumniam, & deorum fidem inclamare, nihilominus artis consentientia Alexandrum, ut sibi fideret, hortatus est. Plut. in Alex.

A connivendum esse Rempub. administranti. Proinde multos capitis reos vita donavit, nonnullis inquam jure infamiam sustulit: nullius propemodum bona confiscavit: confiscata etiam iis, quorum fuerant, reddidit: exules & proscriptos revocavit sine accusatore quidem & indicta causa neminem damnavit. *Cromerus in Epitaphio.*

QUIBUS. IGNOSCERE. *Damnatis.*

SABAOTIS Aethiopiae & Aegyptiorum rex, adeo sanguinis animadversionem exhorruit, ut capitis reos damnatoque vinculis carenis, operas civitatibus praestare juberet, ne scilicet interirentur. *Herod. lib. 3. & Diod. Siculus.*

NERO Imp. sub Imperii initia, cum ei de more damnationis libelli exhiberentur, quibus subscriberet, gemebundus exclamavit: Utinam nescirem literas! *Suetonius.*

Patris.

AMILCAR Carthaginiensis ductor excellentiss. multis bellis feliciter confectis, in invidiam vocatus, & affectatae tyrannidis falso accusatus, morte multatus est, ejusque frater Gilcon in exilium actus, publicata bona, Carthaginienses inde alii duobus usque, cum plerumque turpiter superarentur, & in extremum servitutis periculum venissent, Gilconem ab exilio revocavit, eique summa belli commissa: suos fratrisque inimicos ad supplicium tradiderunt. Gilcon vinculis affectos iussit in conspectu populi in ventrem humi procumbere, atque ter incitato pede singulorum cella conculcavit, inquiens, se satis magnas poenas fratris carnis ab iis repetivisse. His factis, inimicos dimisit, inquiens: Non malum malo ultus sum, sed bonum pro malo rependi. *Polyems lib. 5.*

CUR. CAUSA.

Infamia augenda.

Chii quidam quum apud Spartanos peregrinarentur, a cena non solum vomuerunt, verum etiam incararunt in fellas Ephorum. Primum diligenter inquisitum est, quinam essent tanti facinoris auctores, daturum nimirum poenas, si cives fuissent. Ceterum ubi compertum est, factum a Chis, Spartan per praconem publice proclamari fecerunt, Chis licere intemperanter agere. *Plutar.*

Honoris defendendi.

Convitiatorem ut expelleret Philippus Macedo momentibus amicis, negavit se facturum, ne ipsum passim apud plures convitiis proficeret. *Plut. in Apoph.*

Natalium.

Cum unus de Euryclis accusatoribus insolenter & odiosè loqueretur, atque eo progressus esset, ut ejusmodi quid jaceret: Si haec non videntur tibi magna, jube ei, ut mihi Thucydidis septimum volumen recitet; ita percitus Augustus, ad eadem rapi eum mandavit. Ceterum ut ex stirpe intellexit hunc esse Brasidae reliquum, accitum, atque modicè castigatum, dimisit. *Plut.*

INDULGENTIA NIMIA EAQUE POLITICA. Puta

MAGISTRATUUM ERGA SUBDITOS.

Fratis filium Lycurgi Charillum, qui Sparta regnabat, mittem virum ac lenem, cum laudibus nonnulli ferrent, collega ejus Archidamides: Qui verò, inquit, probus sit Charillus, qui ne perveris quidem est infestus? *Plut. de invidia, & odio.*

AGESTRATA quum Agidem filium exanimem jacentem videret, excolata faciem, dixit: Nimia tua, o fili, bonitas, nimia mansuetudo & humanitas te simul & nos perdidit. Molliciter enim Agis facinus sine praeculorum, sed invidiosum nimirum ut degenerantes Laacedaemoniorum mores ad praesentem illam severitatem revocaret. Interim dum studet offendere neminem, & gratificari omnibus, semetipsum in exitum coniecit. *Plut. in Lacon. Apoph.*

NERVA Princeps alioqui optimus, populo in Domitiani ministris & amicis puniendis plus satis indulgit: ut non immerito Franto consilii ad populum dixerit, malum esse sub Principe vivere, quia nihil pejus eo, qui omnia permitteret, nihil prohiberet.

ALEXIUS Comnenus Imp. iis qui circa se debebant, indulgit nimirum, adeo ut quandoque abessent, quum minime deceret, abessente scilicet Imperatrice Irene. Illa enim praesente, frequentiores diligentiorque erant. Nam severius ac magis regie cum illis agebat ipsa, parum sedulos vehementius puniens. *C. n. p.*

JACOBUS III. Scotorum rex, ab humani sanguinis cisione

abhorrens, rariùs quam expediret de fontibus poenas sumebat. *B. Appendix. hist. Scotorum.*

AMICORUM ERGA AMICOS.

AGESILAUS rex, cum ceteris in rebus esset rigidior, & exactè justè legumque tenax, tamen in amicorum negotiis existimabat inhumanitatis ac severitatis praetextum esse, nimirum adversus illos esse justum. Hujus rei testis est epistola quaedam perbrevis, quae fertur ad Hidaricum Carem scripta, qua eundem amico veniam deprecatur in hunc modum: Nicias, si nihil peccat, dimitte hominem: si peccat, mihi dimitte: sed omnino dimitte. *Plu.*

BELLICA. Nempè.

DUCUM ERGA MILITES.

ALEXANDER MAGNUS, victa Asia, res alienum exercitus credituribus de suo dissolvit. Ibi tum Antigens lucus oberatum simulans se, falso nomen dederat, adductoque certo ad mentem, qui affirmaret se ei deesse mutuo, repraesentavit ei pectus. Eo postea mendacio comperto exaruit rex, summovite quem cum aula, atque praefecturam adem. Fuit bello bonus Antigens: ac juvenis etiamnum, cum obfideret Philippus Perinthum, intorto ex catapultis in oculum suum telo, non paruit eximere telum volentibus, neque pugnam remisit prius, quam urgentes pepulisset atque intra muros redegeret hostes. Non modicè ergo tulit in praesentia ignominiam: verum praese tulit dolore & merore manus sibi ipsi allaturam. Id tamen Alexander, iram deposuit, & ipsum pecuniam eam iussit habere. *Plut. in Alex. & Diod. lib. 17.*

Idem, quum Macedonum numero ad mare remitteret & valentinarios, & multos debileque, productus esse quidam, qui se inter aegrotos adscriperat, quum non aegrotaret. Is quum ad Alexandri conspectum adductus esset, & examinatus fatere se morbum praetextivisse ob amorem Teleppae, quae ad mare fuerat profecta: percontatus est Alexander, cui negotium retrahenda ad exercitum Teleppae delegaret? Ceterum ut cognovisset eam esse liberam: Pertuendaeus igitur, inquit, Antigens, Teleppae, ut nobiscum maneat; nam vim admoveo liberæ, non nostrum. Scindulisti amoris strenui militis, quem hac ratione apud se retinuit, ut ejus postea opera fideli saepe fit usus. *Plu. in Alex. Idem orat. 2. de Alex. fort. militum vitam vocat Antigensem.*

Q. FABIO MAXIMO Cos. militem Lucanum manipulos detulerunt, extra castra pernoctare, & signa sepe relinquere. Fabio Qualisnam alias esset rogavit. Cum omnes confirmarent, nemini militum secundum esse, simulque eximia quaedam ejus decora atque facta commemorarent: causam ubi ejus absentia perquisivit, amore mulierculae invenit captam, & illius frueda gratia longum quotidie iter & periculorum plenum a castris commicare. Mittit igitur certos clam milites, a quibus attetam puellam in tentorio suo occultat. Lucano inde remotis arbitris accessit: Non me sefellit, inquit, contra disciplinam militarem te, & contra leges Romanas crebro extra castra pernoctasse: nec verò etiam virtutes ignoravi tuas. Factis tuis strenuis, quam commisit, condonabo fraudem: posthac alteri mandabo tui custodiam. Strepente milite, producit mulierem, atque ei tradit, additque: Haec spondet te in castris manurum, tu te offenses, num quod aliquid ob facinus castra detuleris: cujus causam amorem & hanc praetexteris. *Plut. in Fabio.*

HOSTIUM ERGA HOSTES.

SAUL Judaeorum rex, justus perdere Amalechitas, bello superatos neci dedit, Agag autem regi eorum pepercit: Deoque inobedientiae crimen ulciscente, subulatum est ab eo regnum, & traditum alteri. *Amarius lib. 4. c. 3. ex 1. Reg. 15.*

Capta ab Alarico Vespogothorum rege Roma, scribit *Orosius lib. 7. c. 28.* Gothos non solum facta valia aurea & argentea in sacras aedes retulisse: verum etiam omnes tam Ethnicos, quam Christianos, ad Sanctorum basilicas confugere volentes, a medio interjectu urbis exertis undique ad defensionem gladiis, salvos & liberos deduxisse. Propterea divinum furorem eo nimirum eorum clementiam provocatum, eodemque tempore clarissima urbis loca, quae Gothi inflammare nequiverant, fulminibus confragasse: imò nonnulli putant ipsam Alaricum, quod superbam Romanorum lasciviam & blasphemiam non satis castigasset, brevi perisse. *Io. Magnus lib. 15. c. 11.*

Anno dcccxciv. Normanni de Sequana egressi Lotharingam

A giam inierunt, & castris ad Lovanium positis, utramque incurfare provinciam instituerunt. Carolus Crassus Imperator, in Lotharingam revertens, eos ad Mosam amnem adeptus, post quindecim dierum obsidionem ad dedicationem adduxit. Verum ut illud fortiter gessum, sic hoc imprudenter quippe duces eorum captos, non ea quae oportuit severitate multavit, sed accepto juramento & fœdere icto, munificè libenterque donatos dimisit. Nam non multo post reparatis viribus & Francia finibus peragratis, urbes cum templis incenderunt, Episcopos cum Clericis trucidarunt, & passim omnis aetatis sexulque homines barbara crudelitate necarunt. Itaque Crassus Neustriam, quae ultra Sequanam suum Imperium detrectabat, pacis habendae causae concessit. *Sigonius lib. 5. Regni Ital.*

VITALIS MICHAEL II. Venetorum dux, valida classe Emmauelem Graecorum Imp. perfidum urgebat, pacis interim mentionem a Graeco non invitum audire. Sed dum de conditionibus a callido Graeco dicebatur, infectis veneno fontibus, classem universam propemodum contagio eo amisit, domumque reversus, a seditionis caesus est per invidiam: cui nihil aequè nocuit, ac nimia reportandae pacis cupiditas, quam dum nimis credula sepe sequitur, tem magno detrimento affecta. *Sab. lib. 7. Dec. 1.*

OECONOMICA.

VIDELICET.

PARENTUM ERGA LIBEROS.

HELI Sacerdos summus Israelitarum filios habebat duos nequissimos, Phinees & Ophni: qui cum & rapinis & stupris peregrinorum religionis causa ed venientium templum coinquinassent, pater nimirum indulgens remissius quam deceret, filios castigabat. Eligitur Dominus praxidit, fore ac cum plus liberorum amor quam religio tribuisset, filii ejus uno die a Palaestinis cum magna elade totius populi interficerentur, & Pontificatus ipse a familia illius in alium derivaretur, cui posteri ejus non sine invidia & dolore ministrare cogentur. Id quod non multo post evenit ipse comprobavit. Namque filii ejus cum XXXIV. Israelitarum millibus caesi, arca Domini capta, Helio audito, cum XCIX. annorum & caecus esset, de sella in dorsum delapsus, fregit cervicem. Helinurus, Phinees uxor, parui vicina, in partu statim interit. *1. Reg. 2. usque ad 5.*

DAVID rex Judaeorum, indulgentiore animo, quam pat fuerit, tulit, Amnon primogenitum suum Thamar sorori vitium obtulisse. Diligebat enim Amnon, quia primogenitus erat. Hac indulgentia patris effectum est, ut postea Abalon occasione capta fratrem Amnon in convivio interfecit. *2. Reg. 13.*

Job pro filiis suis, qui convivia aeternis diebus suae quisque domi agitabant, summo mane, totidem hostias, quot erant ipsi, immolabat, ut pro peccatis eorum satisfaceret. *Job. 1.*

PISISTRATUS, dum dissidium inter ipsum & filios existisset, eoque latari advertisset inimicos: advocata concione: Cupisse ait, filios se in suam adducere sententiam: ceterum quia contumaces sint, illis velle obsecundare & obtemperare. *Plut. lib. 1. Quasi. conviv. 4. 1.*

THEMISTOCLES filium suum, qui licentius abutebatur matris indulgentia, & per illam vitia, false dicebat, plus quam ullum alium Graecorum pollicere. Ceteris enim imperare Athenienses, se Atheniensibus, sibi illius matrem, matri illum. *Plut. in Themistocle.*

Ferunt, Seleuci Babyloniae & Asiae regis F. Antiochum adolescentem adhuc, Stratonice novercae Demetrii Poliorcetes F. forma captum, dum illicito amoris pudore & metu repugnat, penè ad interitum perductum. Occultam, languoris causam Erasistratus medicus haud vulgari solertia deprehendit, adolescentem aegrotum afficiens, magnum in eo animi motum & pallorem fieri occulta indagine rimatus, quoties ad eum Stratonice ingredi cerneret. Tum ille Seleucum affatus: Et vires, inquit, nobis desunt rex, & ingenium in tuo filio curando: incurabilis illum amor ad interitum perducit. Seleucus eam desperationem miratus, Quenam tanta intemperies haec est, ait, cui nullum possit remedium adhiberi? Conjugem, inquit, ille meam deperit. Tum Seleucus Erasistratum complexus, lacrymis & rogat & obsecrat, ut usutaria conjuge sibi filium servet. Non sic, inquit Erasistratus, sentias, si tuam ille Stratonice amant. Utinam, rex ait, dii aut homines eam mihi facultatem darent, ut praesentis periculo, hujusmodi quae remedium occurrere: sane omnia, quae mihi charissima sunt, pro filii salute liberenter profunderem. Hic Erasistratus haud ultra cun-

ctatus, apprehensa regis dextera: Strati rex, ait, es in filium E animo, qualem praedicas, nostra amplius opera nihil indiges: non meam, ut scias, sed tuam ille ardet Stratonicem. Turbavit Seleucum rei novitas: mox ubi per otium caetera cognovit, indulgentissimus pater, totius exercitus advocata concione, declaravit velle se & statuisse omnium superiorum regionum Antiochum regem, & Stratonicem declarare reginam, conubio junctos. Arbitrari se filium, qui parere sibi ubique fuit solitus, & dicto audiens esset, non repugnaturum sibi in hisce nuptiis. Quod si uxor sua ab re inusitata abhorreat, orare amicos, ut doceant & inducant eam, ut omnia, quae regi videantur, & sint ex usu publico, recta habeat & justa. *Plut. in Demet. & Sab. lib. 7. Enn. 4. & Appian. in Syraco & Val. 5. c. 7.* qui a quibusdam hoc non Erasistrato, sed Leptini mathematico commentum tribui testatur.

ANTIGONUS rex Asiae, Demetrii Poliorcetes F. delicias, luxum, potationes non molestè ferebat. Pace enim projectus erat in haec vitia, atque per otium profundebat assatim se in voluptates: bello, ut natura temperante, sobrius erat. Fama est, cum Lamia propalam jam omnia apud Demetrium posset, Antigonum, cui revertens peregrè tulit ille osculum, ardentem dixisset: Videris Lamiam, fili, osculari. Alio tempore, cum plures dies perperasset, & praetereat fluere se confidatam: Audivi, dixisset Antigonum: sed Thasius an Chius fuit fluor? Rursus cum eum accepisset malè habere: perrexit ad eum viendum, ac formoso puero ad fores occurrit. Ingressus cum apud eum assedisset, tetigit manum ejus. Qui cum dixisset, febrem modo recessisse: Sane, inquit, fili: & mihi ad janam modo digrediens obviam venit. Haec ob alia Demetrii praesentia facta tamen ferebat leniter. *Plut. in Demet.*

Gallis Clusium Hetruriae urbem obsidentibus, Romani, sic petentibus Clusinis, tres ex Fabiorum gente claros viros legatos cum literis ad Barbaros miserunt. Qui cum Gallos a quietis consiliis abesse intellexerent, Clusium ingressi, cives confirmarunt & acuerunt, ut una secum faciant in Barbaros impressionem: sive quò experirentur illorum virtutem, sive ut ostenderent suam. Cum eruptione pro muris Clusini pugnarent, unus ex Fabiis Q. Ambustus evectus extra aciem equo, Gallo cuidam proceritate corporis & forma insigni, qui longè ante signa estulerat se, occurrit ignotus initio: at ut Barbarum superavit pugna, occiditque, legentem spolia agnovit Brennus. Ille deos testatus, violatos jure gentium, eum qui legatus venisset, hostilia perpetrasset: exemplo signo recepti dato, solutaque Clusinorum obsidione, Romanam legationem mitit, ad deposcendum legatum belli auctorem. Senatus primum quidem pecuniae summam quandam legatis Gallorum obtulerunt, ad legatis eam accipere nolentibus, reum esse tradendum decreverunt. Pater ex Tribunis, qui hactenus semper Senatus decreto obtemperaverat, hic primum refragari & contradicere ei coepit: Gallorum verò legatis in castra revertis, supra modum indignati, adductis omnibus gentis suae copiis, contra Romanam cum plus quam septuaginta millibus militum profecti, urbem cepere, captam evertere. *Diod. lib. 14. & Plut. in Camillo & Numa.*

Convenerat aliquando Fabia, Ambusti Fabii filia, Licinii Stolonis plebeji, sed illustris alias viri uxor, foreorem Servio Sulpitio, tum consulari potestate Tribuno, nuptam. Ac dum simul confabularentur, accidit, ut lictores ostium Tribuni sed domum recipientis, virgine de more percussissent. Quo sonitu exterrita minor Fabia, ignara consuetudinis, irrita tuit à foreore. Fabia domum reveria, tristior viâ patri rogatur, quid causae esset. Haec eandem fassa est doloris sui causam, quod ipsa in plebeja esset domo collocata, quam neque honor, neque gratia intraret. Ambustus filiam leniter coniolatus, bono animo esse iussit, fore, ut propediem eodem modo honores, quos & apud foreorem, videret. Cum gesserit deinde Stolone, & L. Sextio consilium cepit, ut Tribunatum illi peterent, proponerentque plebi populares rogationes, quibus fortunae & opes inter ordines aequarentur. Quibus creatis in proximis comitiis, cum tales ferrent leges, quibus Senatus subscribere noluit: magnas apud plebem turbas excitasset, nisi per Camillum Dictatorem V. discordia sedata fuisset. *Sabell. lib. 2. Ennead. 4.*

JULIA Augusti Caesaris F. annum agebat tricesimum & octavum tempus aetatis (si mens sana superesset) urgeatis in senium. Sed indulgentia patri fortunae, quam patris abutebatur: cum alioqui literarum amor, multaque eruditio, quod